



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

19 Qvomodo Provisiones Ecclesiasticarum dignitatum Romam  
petrahantur, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](#)

re, ac penitus abrogare, Neue illis posthac permittere, vt be-  
neficia Germanorum libera, per machinationes præfatas,  
oppugnare impune audeant.

## QVOMODO PROVISIONES ECCLESIA- sticarum dignitatum Romam pertrahantur,

Item quæcunq; dignitates, seu beneficia pinguia, vtputa 19  
Præposituræ, Decanatus, Cantoratus, ac cætera officia, Ca-  
nonicatus, Ecclesiæ curatæ, & beneficia simplicia, quæ sub  
mense ordinario, extra Romana menia vacare incipiunt,  
quorum ante hac ad ius ordinariū patronatus ecclesiastico  
rum & laicorum spectabat collatio, & electio, tum excogita-  
tur a Romana sede, iuris patronatus ab ordinarijs collatoris-  
bus alienatio, maxime si possessores pristini beneficiorū  
aut officiorum dignitatumue talium, familiares vel officia-  
les Papæ aut Cardinalium fuerunt. Ideo rogant Ro. Impe.  
Status, prædictum etiam onus e medio tollendum, ac patro-  
nos collatores ordinarios apud collationem, electionem, pre-  
sentationem, et nominationem talium dignitatum ac bene-  
ficiorū; iura scilicet ordinaria, defendendos, ac defensos ma-  
nutenendos. Nec curandum, vtrum familiares, vel officia-  
les Romanæ curiæ fuerint, qui beneficia hæc possederint, re-  
gressum accessumue, aut aliud quoddam ius imaginariū ad  
ea habuerint, ita q; tale ius prætentū ordinario patrono ac col-  
latori, nūc & posthac nullū faciat præiudiciū, nullāq; generet  
iacturam, sed per omnia iura ordinaria finantur illesa.

## DE REGVLIS CANCELLARIAE PAPA-

lis, nouis technis & reseruatis super casibus futuris.

Ad hæc Cancellariæ Romanæ, regulæ, quas ad sua com-  
pendia subinde excogitare solent Curtiani, ac toties ferre ac  
reuocare, necnon & aliae subinde nouæ artes excogitari ce-  
perunt, quibus beneficia ecclesiastica ex Germania Romam  
eo facilius pertrahentur, ad grauarenturq; ita ut si Germano-  
rum quispiam beneficiorum aliquod ambiat, id quod non

B iii